



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**In Canonem Sacrificii Missae, Vti & reliquas eiusdem
Partes Brevis Ac Lvcvlenta, & ad pietatem vtilis Expositio**

Veken, Frans van der

Coloniae, 1644

§ 9. De lotionē manuum

urn:nbn:de:hbz:466:1-9878

ensamque condonet, quo DEVS
per CHRISTVM mundum sibi ini-
micum reconciliauit? Præiuit præ-
claro exemplo, non quidem Sacer-
dos, sed Francorum Rex Ludoui-
cus XII. Quod refert Spondanus
in suis Annalibus ad Annum CHRIS-
TI MCCCCXCVIII.

§. IX.

De lotionem manuum.

Qui legerit quantam olim mun-
ditiam excgerit DEVS, non à Sa-
cerdotibus tantum, sed etiam à laicis,
quando in veteri Lege, rebus diuinis
operari aut interesse debebant. Haud
mirabitur à Christiana lege in suo
longè digniori Sacrificio, singula-
rem sanctissimæ puritatis curam ha-
bitam. Ideo non solum ante illud
manus lauat Sacerdos: sed etiam
sub ipsum Sacrificij tempus, extre-
mos saltem digitos eluit. Verum eo
discrim-

discrimine, quod illa prioris testamen-
 ti baptismata haberent plerumque *a*, in
depositione sordium carnis: Sed Euan-
 gelij Sacerdotes, quamuis corporis
 munditiam negligere non debeant,
 præcipue tamen ante oculos habeant
conscientiæ bonæ interrogationem apud
Deum. Quem in finem, cum ante sacri-
 ficium teneantur ex Apostolico præce-
 pto *b*, *seipfos probare*, & si grauioris no-
 xæ conscij sibi fuerint, quantumcunque
 etiam se contritos existiment, habita-
 copia Confessarij per confessionem ex-
 piari: præsentis ritui monentur, vt in mi-
 nimorum etiam peccatorum emunda-
 tionem incumbant, quæ teste S. Dio-
 nyfio *c*, per extremitatum ablutionem
 denotatur: secundùm illud Christi Sal-
 uatoris *d*, *Qui lotus est, non indiget, nisi*
vt pedes lauet: eoque impensius, quo
 iam propius ad mysteria sacrosancta
 accedunt. Præstare id possunt per in-
 terio-

a 1. Pet. 3. *b* 1. Corin. 11. *c* de Ec-
 cles. hierarch. c. 3. *d* Ioan. 13.

teriolem dolorem de culpis præteritis quantumuis leuibus : sed præcipuè oportet, vt præsentem omnem circa eas affectum deponant. Et maximè circa aliquas, quæ speciatiim huic sacrificio aduersantur, vt sunt leuia odia & discordiæ, leues item euagationes & scintillæ libidinis: quorum illa vnionem fidelium distrahunt, quam tamen præsentis sacrificij sacramentum designat: hæ verò illud castarum cogitationum seminarium, & *Virginitatis germen*, quod in eodem commendat Scriptura, suffocant.

Recitari interea iubetur pars Psalmi illius votiui, quo Dauid exul orat liberari à persecutione Saülis, patriæq; ac templo restitui: idq; si fiat, suas in templo tum gratias tum laudes Numini addicit. Primus verò versus ad excitandam de extergendis peccatorum reliquijs memoriam aptè deseruiet : quo profiteatur Sacerdos non iam se inter

pec-

a Zachar. 9.

peccatores (quod si necesse fuerit , factum ante oportuit) sed *inter innocentes* loturum manus : ad eos scilicet *nænos* auferendos , quibus etiam iusti ac innocentes se teneri fatentur , cum *aiunt a* : *Si dixerimus , quoniam peccatum non habemus , ipsi nos seducimus , & veritas in nobis non est .* Utq; alios *verficulos* breuitatis causa præteream , etiam illum , *ut audiam vocem laudis , ac enarrem uniuersa mirabilia tua ,* qui ad Eucharisticum Sacrificium , quod *b* in *memoriam suorum mirabilium* Deus instituit , *mirificè* alludit : hunc in primis Sacerdoti haud absq; animaduersione & affectu percurrendum existimo . *Domine dilexi decorem domus tue , & locum habitationis gloriæ tue :* Cuius priora verba , ut *literali sensu veteris Testamenti* tabernaculum , posteriora verò eiusdem Arcam designant , quæ *sæpiùs in sacris Literis c Gloria Domini* dicitur : ita allegorico prioribus Chri-

stia-

a *1. Ioan. 1.* b *Psal. 110.* c *1. Reg. 4.*

Christianorum Tempora; postremis eorundem Altare significatur, in quo illud peragitur Sacrificium, quod ob sui magnitudinem & excellentiam S. Ignatius Martyr a *Gloriam Dei* nuncupavit.

Porro Sacerdos intimo affectu horum decorem complectatur, non modo in Templorum & Altarium munditia & ornatu; verum etiam ac multo magis in decentibus cæremonijs ac ritibus Ministrorum, ut iuxta consilium Apostoli *b, omnia honestè, & secundum ordinem fiant*: ac præcipuè in illa filie Regis, siue Ecclesie gloria, quæ teste Propheta *c, est ab intus*, utpote in sanctarum illarum cogitationum & affectuum exercitio posita, quibus compendio explicandis hanc Opellam impendimus. Omnem denique gloriam, quæ toti sanctissimæ Trinitati ex hoc provenit gloriosissimo Sacrificio, eidem gratuletur, per sollemne illud & diuinum acroama, quod ad calcem

C

Psal-

a Epist. 14. b 1. Cor. 14. c Psal. 44.

Psalmi memorati additur: *Gloria Pa-*
tri, &c.

§. X.

De Oratione, Suscipe Sancta
Trinitas.

Post oblationem pro peccatis, in
qua haecenus ferè versati, sequitur
oblatio Eucharistica, pro immensis in
nos collatis beneficijs, ac imprimis re-
demptionis nostræ, quæ per tria myste-
ria compendio adumbratur. Primum
est Christi passio, vt causa meritoria
nostræ salutis: alterum eius Resurrectio
tanquam nostræ aliquando futuræ ex-
emplar: tertium eiusdem Adscensio,
qua Dominus noster *a contriuit portas*
areas, & vectes ferreos confregit, atq; ita
ministravit nobis introitum in æternum
regnum. Ob horum igitur *memoriam,*
non nudam & ieiunam, sed quæ inti-
mæ gratitudinis affectum includat,
Sacrificium offerimus. Nec ob il-
lam

a Psal. 106.